Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

quarumlibet rectoribus necnon abbatissis prioriss(is) et quibuscumque aliis personis cuius-
cumque dignitatis status condicionis vel ordinis existentibus quocumque nomine censeatur
ad quem vel ad quos in eventum vel dicte ecclesie beneficiorum cum cura vel sine
cura collacio provisio electio presentacio seu quevis alia disposicio pertinet coniunctim
vel divisim omnibus aliis et singulis quos infrascriptum tangit negocium aut
tangere poterit quolibet in futurum et quorum interest et intererit ubicumque constitutis
ad quorum noticiam etc. ut in primo. Ex(ecutor) executor ad infrascripta etc. litteras etc.
ceteros usque etc. usque tenentur coniunctim in processu subsequenti prefatas litteras apostolicas
et huiusmodi nostrum processum etc. ut in primo processu ac beneficium ecclesiasticum cum cura vel
sine cura etc. usque eidem peculiaribus assignari ademgeneque seu quorumcumque collacionem
provisionem presentacionem seu quamvis aliam disposicionem coniunctim vel divisim pertinen-
tes si quod in eventum vel dicte ecclesie date predictarum litterarum apostolicarum vacabat vel vaca-
bit postea aut nunc vacat vel cum vacaverit quod dictus .. prepositus vel personis suis etc.
cuiusque beneficii fructus etc. ut in primo processu et ibi in capitulum vel collegium et
quemcumque suspensionis et in personas ecclesias interdicti etc. usque in fine

Processus de beneficio ecclesiastico ad collacionem episcopi dictum et capituli in forma speciali eciam si in ecclesia collegiata fuerit et cetera

20 Reverendo in Christo patri domino dei gracia episcopo vel eius vicariis in spiritualibus ac vene-
rabilibus capitulo ecclesie ac omnibus aliis et singulis in eadem ecclesia dignitates per-
sonatus administraciones officia et beneficia quecumque obtinentes et quos infrascriptum
tangit negocium et quorum interest vel interesse poterit quolibet in futurum ad quorum
noticiam etc. ut in primo. Ex(ecutor) executor ad infrascripta una cum infrascriptis collegis
nostris cum illa clausula quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu
alios etc. a sede apostolica specialiter deputatus salutem etc. litteras sanctissimi in
Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape quarti unam vide-
licet graciosam cum filo serico croceis et rubeis et aliam executoriam cum filo ca-
napis vera bulla plumbea ipsius domini nostri pape more solito Romane curie bullatas
sanas etc. nos pro parte discreti viri tali coram notario et testibus infrascriptis presenta-
tas nos cum ea qua decuit reverencia recepisse noveritis quarum unius videlicet
de graciose tenor sic incipit **Urbanus** etc. et sic finit datum etc. Tenor vero
alterius videlicet executorie sic incipit **Urbanus** etc. Cum tua etc. usque ad finem
postquamvero quidem litterarum apostolicarum presentacionem recepcionem fuimus pro parte dicti tali cum
instancia requisiti ut execucionem etc. ceteros nos executor prefati volentes tamen
verus obediencie filius mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter
exequi ut tenemur auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa vobis domino episcopo ac
capitulo singulis quoque canonicis dicte ecclesie ac omnibus aliis supradictis quibus in